

*& approbationem obedientia legis in inter-  
cessore CHRISTO:*

11. *& per remissionem peccatorum, ac  
justitiæ imputationem, in eo qui per  
fidem est membrum CHRISTI.*
12. *Junguntur igitur certo modo at-  
que ordine, 1. charitas seu dilectio in  
Deo:*
13. *2. obedientia & intercessio in Chris-  
to:*
14. *3. fides & energia seu efficacia fi-  
dei in peccatore:*
15. *Charitas Dei quæ in ordine ad  
miseriam, misericordia dicitur;*
16. *quatenus donat mediatorem, &  
jungit quasi caput membris, habet se  
ut causa impulsiva, seu dispositio sub-  
jecti agentis interna:*
17. *quatenus complectitur jam insertos  
Christo, habet se ut forma:*
18. *& absolutè quidem, dilectio; in or-  
dine ad peccata commissionis, rem-  
issio & obliuio peccati;*